

763 clementissimo | principi ac totius o[rbi]s Aug., | [d.] n. Valentinii[a]no, procons. | [I]ul. Festi¹ v. c. simul | cum Antonio Dracontio v. c. ag. v. p. p.² | ordo Furnitanus consecravit.

In Africa, loco dicto Henchir Msa'adin ubi fuit Furni (Eph. ep. 3, 348). — 1) Proconsulatu Iuli Festi (de hoc Festo cf. N. 768 et praeterea ad titulum ipsi positum in urbe Roma infra editum). — 2) Dracontius vices agens praefectorum praetorio, i. e. vicarius per Africam, posuit etiam titulum supra N. 738, ubi cf.

764 felicitati perpetui¹ temporis d. n. Valentiniani | victoris ac triumfatoris semper Aug. | Avianius Valentinus | v. c. cons. Camp., | devotus numini | maiestatique eius.

Puteolis rep., nunc Neapoli (X 4656). — 1) Ser. perpetuae.

765 legum domino Romanarum, iustitiae aequitatisque rectori, | domitori gentium | barbarum¹, conservatori libertatis, d. n. Fl. | Valentiniano fortissimo | invictissimoque principi | semper Augusto, | Fl. Maximus v. p. praef. vig. | d. n. m. q. eius.

Romae olim ad circum maximum (VI 4480 saepius descripta saec. XVI). Una repertus est titulus similis Gratiani (VI 4481). — 1) barbarum exempla pleraque, barbararum nonnulla.

766 votis | decennialibus | domini nostri | Valentiniani max. | victoris ac triumph. | semper Augusti.

Romae rep. in Tiberi, non multum a N. 769 (Eph. epigr. 4, 779 descripsit Schmidt).

767 largitas d. n. Valentiniani Augusti.

In clipeo argento rep. a. 1724 prope Genavam in Arva fl., est Genavae (XII 3697, 5 vidit Mommsen).

768 bellis strenuo | optimoque consiliis | d. n. Fl. Valenti victori ac | triumphatori semper Aug., | Iulius Festus v. c. | pro consule p. A.¹ | vice sacra cognoscens.

Carthagine (Eph. epigr. 3, 4227). — 1) Cf. N. 765.

769 imp. Caesari d. n. | Fl. Valenti max. p. f. victori ac | triumphatori semper Aug. | s. p. q. R. | ob providentiam, quae illi semper | cum inclyto fratre communis est, | instituti ex utilitate urbis aeternae | Valentiniani pontis atq. perfecti¹, | dedicandi operis honore delato iudicio princip. maximor. | L. Aur. Aviano Symmacho v. c. ex praefectis urbi.²

Romae rep. ad pontem vulgo dictum Sixti, olim, ut ex hoc titulo apparet, Valentinianum (Eph. ep. 4, 800). — 1) Recensetur pons Valentinianus inter pontes urbis Romae in mirabilibus quae dicuntur (ap. Iordan top. II p. 647); sed ubi fuerit, ignorabatur. — 2) Pontem operis magnifici Romae factum ac dedicatum esse a Symmacho narrat Ammianus 27, 3, 3; dedicatum esse ab eo non in praefectura urbis a. 364, quo ducunt verba Ammiani, sed postea, speciali principum mandato, docet hic titulus. De Symmacho cf. supra N. 726 et praeterea infra ad titulum ipsi dedicatum.